



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno CCCCII. ad annum CCCCXXX.

**Parisiis, 1644**

Epistola Episcoporum Africae. Qvam Cvm Leporii Libello miserunt ad  
episcopos Galliae, Proculum videlicet Massiliensem, & alios.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14918**

EPISTOLA  
EPISCOPORVM AFRICÆ,  
QVAM CVM LEPORII LIBELLO  
miserunt ad episcopos Galliae, Proculum  
videlicet Massiliensem, & alios.

Dilectissimis & honorabilibus fratribus & consacerdotibus,  
Proculo & Cylinno, Aurelius, Augustinus, Florentius & Se-  
cundinus, in Domino salutem.

**F**ILIVM nostrum Leporium apud vestram sanctitatem  
prosui erroris præsumptione merito idoneeque cor-  
reptum, cum ad nos posteaquam inde exturbatus est ve-  
nisset, salubriter perturbatum, corrigendum sanandum  
que suscepimus. Nam sicut vos obedistis Apostolo vt cor-  
riperetis inquietos, ita & nos vt consolaremur pusillani-  
mes, ac susciperemus infirmos. Cum enim præoccupatus  
esset, sicut homo, in aliquo delicto, eodemque non paruo,  
vt de vnigenito filio Dei, quod erat in principio verbum,  
& verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum, cum  
autem venit plenitudo temporis, Verbum caro factum est,  
& habitauit in nobis, non recta quedam saperet, nec vera  
sentiret, negans Deum hominem factum; ne videlicet sub-  
stantia diuinæ, quæ aequalis est patri, indigna mutatio vel  
corruptio sequeretur: nec videns quartam se subintrodu-  
cere in Trinitate personam, quod a sanitate symboli, ca-  
tholicæque veritatis prorsus alienum est: eum sicuti po-  
tuimus, adiuuante Domino instruximus in spiritu lenitatis;  
præsertim quia cum hoc admoneret vas electionis, adie-  
cit: *Intendens teipsum, ne & tu tenteris: ne ita se quidam ad*  
1. Thess. c. 5.  
v. 4.  
*prouectum spiritalem peruenisse gauderent, vt se iam non*  
posse tentari tamquam homines putarent. addiditque fa-  
lubrem pacificamque sententiam, vt alter alterius onera  
portemus, quoniam sic adimplebimus legem Christi. Qui  
enim putat se esse aliquid, cum sit nihil, seipsum seducit, di-  
lectissimi & honorabiles fratres. Quam tamen eius emen-  
dationem nequaquam forte implere possemus, nisi vos  
ante quæ in eo mendoza fuerant, damnaretis. Idem igitur  
*Concil. Tom. 4.*

PPP ij

& dominus & medicus noster vtens vasis ac ministris suis,  
Deut. c. 32.  
v. 39. qui dixit: *Ego percutiam, & ego sanabo*: per vos percusslit tu-  
 mentem, per nos sanavit dolentem. Idem suæ domus ad-  
 ministrator atque prouisor, per vos destruxit male con-  
 structa, per nos bene composita restauravit. Idem dili-  
 gens agricola possessionis suæ sterilia per vos eradicauit, &  
 noxia; vtilia per nos & fecunda plantauit. Non itaque  
 nobis, sed eius misericordiæ demus gloriam, in cuius ma-  
 nu sumus & nos & sermones nostri. Et sicut in supradiicto  
 filio nostro ministerium vestrum humilitas nostra lauda-  
 uit, sic etiam sanctitas vestra nostro ministerio gratuletur.  
 Paterno igitur & fraterno corde suscipite a nobis miseri-  
 cordiæ seueritate correctum. Etsi enim aliud per nos, aliud  
 per vos, vtrumque tamen fraternali saluti necessarium una  
 caritas fecit. unus ergo Deus fecit, quoniam Deus caritas  
 est. Proinde sicut per suam præsentiam suscepimus est a no-  
 bis, sic per suam epistolam suscipiatur a vobis. cui quidem  
 epistolæ nostra etiam manu subscribendum putauimus,  
 ipsius esse testantes. Hanc eius correctionem dilectionem  
 vestram minime dubitamus & grataanter accipere, & eis  
 notam facere, quibus eius error scandalum fuit: quia & illi  
 qui cum eo venerunt ad nos, cum illo correcti atque sana-  
 ti sunt, sicut eorum subscriptionibus, quæ coram nobis  
 factæ sunt, tenetur expressum. Supereft ut de fraternali  
 salute lætati, rescriptis beatitudinis vestræ nos vicissim læ-  
 tificare dignemini. Optamus vos, dilectissimi & honorabi-  
 les fratres, in Domino bene valere memores nostri.

NOTA IACOBI SIRMONDI  
 SOCIETATIS IESV.

<sup>1</sup> *Dilectissimis & honorabilibus, &c.]* Huic epistolæ titulus in hæc  
 verba præfixus est in codice Leodieni: *Epistola Aurelii, Augustini,*  
*Florentii & Secundini, ad confaderotes Proculum & Cylinium, de quo-*  
*dam Leporio, qui pro eo quod non recta quadam saperet, nec vera de fide*  
*sentiret, pro hac sui erroris presumptione a sanctis memoratis patribus*  
*Proculo & Cylinno correptus, & de loco suo electus, ad sanctos Augusti-*  
*nus, & alios premissos viros, peruenit gratia confugii. Vnde ab eis salu-*  
*briter correctus, & ad sanam doctrinam reductus, suo est episcopo per pro-*  
*priam epistolam catholice sentientem cum sociis reconciliatus.*

## EPISTOLA,

S E V

LIBELLVS EMENDATIONIS LEPORII  
MONACHI AD EPISCOPOS GALLIÆ.

*Integra non exstat. quæ autem sequuntur, ex Cassiano decerpta  
sunt lib. I. de incarnatione Domini, ubi flebiles confessionis  
et plancus Leporii literas vocat.*

VID in me primum, o domini mei venerandi & beatissimi sacerdotes, accusem, nescio; & quid in me primum excusem, non inuenio. Sic imperitia & superbia, sic stulta simplicitas cum persuasione noxia, sic feruor cum intemperantia, sic, vt verius dicam, cum sui diminutione debilis fides, simul in me omnia recepta viguerunt, vt tot & tantis simul sit & obedisse confusio, & hæc eadem ab animo potuisse cedere, mihi stupenda gratulatio. Et post pauca. Si ergo minime percipientes hanc potentiam Dei, sensu nostro & propria ratione sapientes, quasi in inferiora se Deus agere videatur, ita hominem cum Domino natum esse dicamus, vt seorsum quæ Dei sunt soli Deo demus, & seorsum quæ sunt hominis soli homini reputemus; quartam manifeste introducimus in Trinitate personam, & de uno filio Dei non vnum, sed facere incipimus duos Christos: quod a nobis ipse Dominus Deus Christus auerat. Ergo confitemur Dominum ac Deum nostrum Iesum Christum, unicum filium Dei, qui sibi ante sæcula natus ex patre est, nobis a tempore de Spiritu sancto ex Maria semper virgine factum hominem, natum Deum: & confitentes utramque substantiam, carnis ac verbi, vnum eumdemque Deum atque hominem inseparabilem semper pia fidei credulitate suscipimus: & ex tempore susceptæ carnis sic omnia dicimus quæ erant Dei transisse in hominem, vt omnia quæ erant hominis in Deum venirent: & hac intelligentia verbum factum sit caro, non ut conuersione aut mutabilitate cœperit esse quod non erat, sed vt potentia diuinæ dispensationis verbum patris nunquam a patre discedens, homo proprio fieri dignaretur, incarnatusque sit unigenitus secreto illo mysterio, quo ipse nouit. nostrum namque est credere, illius nosse. Ac sic ipse Deus

*Concil. Tom. 4.*

P p p iij

OL.  
ministris,  
percutit,  
e domus ad  
it male con-  
Idem dil-  
radicavit, &  
Non itaque  
in cuius ma-  
nusupradicto  
nostra lauda-  
o granulatur.  
nobis miseri-  
er nos, aliud  
essarium una  
Deus caritas  
tus est a no-  
. cui quidem  
putauimus,  
dilectionem  
pere, & eis  
i: quia & illi  
i atque fama-  
coram nobis  
t de fraterna-  
os vicissim  
i & honorabi-  
s nostri.

NDI

le rictulus in hac  
urdi, Augustino,  
Cylindrum de qua-  
ret, nec vera de ipsa  
memoratio parvula  
ad sanctos Augusti-  
ni. Vide also Salu-  
o est episcop per po-  
ciliatus.

verbum totū suscipiens quod est hominis, homo sit, & aſſumptus homo totū accipiens quod Deus est, aliud quam Deus esse non poffit. Non tamen, quia incarnatus dicitur & immixtus, diminutio eius est accipienda ſubſtantia. Nouit enim Deus ſine ſui corruptione miſceri, & tamen in veritate miſceri: nouit in ſe ita ſuſcipere, vt nihil ei creſcat augmenti; ſicut ſeipſum totum nouit infundere, vt nihil accidat detrimenti. Non ergo ad intelligentiam imbeſillitatis noſtræ, ſecundum experimentorum viſibilia do- cumenta, facientes conieeturam de æqualibus ſe inuicem ingredientibus creaturis, putemus Deum hominemque commixtum, & tali confuſione carnis & verbi quaſi aliquod corpus effectum. Absit ita credere, vt conflatili quodammodo genere duas naturas in vnam redactas arbitremur eſſe ſubſtantiam. Huiusmodi enim commixto partis vtriusque corruptio eſt. Deus enim, qui capax non capa- bilis eſt, penetrans non penetrabilis, implens non imple- bilis, qui vbiq[ue] ſimul totus eſt, & vbiq[ue] diſfusus eſt, per infusionem potentiaꝝ ſuꝝ misericorditer naturaꝝ eſt mix- tus humanaꝝ. Et poſt pauca. Nafcitur ergo nobis proprie de Spiritu ſancto & Maria ſemper virgine Deus homo Ie- ſus Christus filius Dei: ac ſic in alterutrum vnum fit ver- bum & caro, vt manente in ſua perfectione naturaliter vtraque ſubſtantia, ſine ſui præiudicio & humaniti diuina communicent, & diuinitati humana participant; nec alter Deus, alter homo, ſed idem ipſe Deus qui & homo, & viciſſim homo qui & Deus Iesuſ Christus, vnuſ Dei fi- liuſ nuncupetur & vere fit. Et ideo id agendum nobis ſemper eſt & credendum, vt Dominum noſtrum Iesuſ Christuſ filiuſ Dei Deum verum, quem cum patre ſem- per, & æqualem patri ante ſæcula conſitemur, eumdem a tempore fuſcepta carnis factum Deum hominem non negemus: nec quaſi per gradus & tempora proficien- tem in Deum, alterius ſtatus fuſſe ante reſurrectionem creda- mus, alterius poſt reſurrectionem, ſed eiusdem ſemper plenitudinis atque virtutis. Et item paulo poſt. Sed quia verbum Deus in hominem dignanter hominem ſuſcipien- do deſcendit, & per fuſceptionem Dei homo aſcendit in verbum, totus Deus verbum factus eſt totus homo. Non enim Deus pater homo factus eſt, nec Spiritus ſanctus,

Ioannes II.  
papa epift.  
3. Facundus  
lib. i.

sed vñigenitus patris. ideoque vna persona accipienda est carnis & verbi, vt fideliter sine aliqua dubitatione credamus vnum eumdemque Dei filium inseparabilem semper, geminæ substantiæ etiam gigantem nominatum, in diebus *Psal. 18.* carnis sūræ, & vere omnia semper gessisse quæ sunt hominis, & vere semper possedit quæ Dei sunt: quoniam etsi *2. Cor. 13.* crucifixus est ex infirmitate, sed vituit ex virtute Dei. Cetera desiderantur.

NOTA IACOBI SIRMONDI  
SOCIETATIS IESV.

*[Libellus emendationis Leporii.]* Leporius monachus Massilia ob hæresim eiectus, cum in Africa resipuisset, ibi conscripsit libellum emendationis, atque inde in Galliam ad episcopos misit, circa annum Christi 425. Baronius ad annum refert 420. Ioannes II. papa in epistola 3. ad Auienum & alios senatores, locum recitans ex hoc libello seu epistola Leporii, a Synodo Africana confirmatam testatur: *Leporius, inquit, in epistola, quam Aurelius episcopus Carthaginensis, & Augustinus, & Synodus Africana firmavit.* Quod si Africanam eam dixit, quam habemus, post consularum Honorii XII. & Theodosii VIII. anno Christi 419. celebratam, in eumdem scilicet annum Leporii emendationem incidisse statuendum est.

De illo tunc monacho, postea presbytero, præter Cassianum lib. 1. de incarnatione Domini cap. 4. & Gennadium de viris illustribus cap. 59. scribit etiam Facundus Hermianensis episcopus lib. 1. de tribus capitulis Synodi Calchedonensis, ad Iustinianum imperatorem his verbis: *Cum quidam Leporius presbyter apud Gallias, depravatus a vera & antiqua ecclesia fide, eadem dicere presumeret quæ postea Nestorius docuit, atque inde pro tali errore depulsus in Africam docendus veniret, illic instructus, ut docet Apostolus, in spiritu mansuetudinis a spiritibus patribus Aurelio Carthaginensi, & Augustino, atque aliis Africanis episcopis, prauissimam nouitatem sui dogmatis abdicavit.* Scripsit autem libellum satisfactionis idem Leporius ad Gallos episcopos, quem memorati venerabiles patres, Aurelius atque Augustinus, & ceteri sic probauerunt, ut ad faciendam veritatis fidem etiam suas ei subscriptiones adicerent. In quo libello post multa sic dixit: *Nascitur ergo proprie de Spiritu sancto ex Maria virginе Deus homo Iesus Christus, &c.*